



34/

DISSERTATIO IVRIDICA SOLLEMNIS  
DE

1766 A. 2

ADPELLATIONE

8

QVAE  
RATIONE FEVDORVM  
EXTRA CVRTEM AD DOMINVM  
DIRECTVM INTERPONENDA NON VERO  
AD TERRITORII DOMINVM  
ADMITTENDA

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO


DOMINO FRIDERICO II  
HASSIAE LANDGRAVIO REGN. RELIQUA

PRAESIDE  
IOANNE GEORGIO ESTORE D.

ET PROCANCELLARIO  
PRO LICENTIA  
RITE CONSEQUENDI DOCTORIS HONOREM  
PERMITTENTE ILLVSTRI CTORVM ORDINE

DVBHS EXCELLENT. VNIVERS. HVIVS LITTERARIAE PROCERVVM  
HORIS LOCOQVE CONSVETIS  
DIE XI AVG. A. R. S. 1766

DEMISSIS OFFERT  
IOANNES MARTINVS GOTTFREDVS BVTTÉ  
ADMINISTRATOR PRAEFECTVRAE TREISENSIS  
AD LVMDAM.



MARBV RGI

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.







S I

APINAS ADPONVNT, QVI GERMANICA INSTITV-  
TA AD GRAECORVM ROMANORVMQVE  
MODVLVM METIVNTVR.



Qui regni Germanici formam vel ad ARISTOTELIS a) mentem, prout voluerunt et Philippus Maced. et Alexander M., vel ad HENNINGI ARNISAEI b) opinionationem, quae placuit Imp. Carolo V et Ferdinando II, illam effingunt; istos egregie confuturunt IO. IACOBVS SCHMAVSS c) et FRANCISCVS DOMINICVS HAEBERLIN d), qui, de Imp. Othone I agentes, docent, illum rexisse Germanos, sicut paterfamilias.

a) Docere coepit in lyceo anno orbis terrarum 3649. Libros eius *πολιτικη* sive de re publica varii exposuerunt, quos enumerat IO. ALBERT, FABRICIUS bibliothecae Graecae libro III p. 158 sq. 1707. 4.

CAROLVS ROLLIN *histoire ancienne*, T. XII p. 654 sqq., 1740. 8; IAC. BRVCKERI *philosophische historie* T. I p. 760 sqq. 1731. 12.

b) Medicus ac philosophus primum Viadrinus, deinde Helmstedtensis  
A



diensis ac porro archiater Haf-  
niensis, qui Sorae vltimum vi-  
dit diem a. 1635. Vicit cun-  
ctos, qui maiestatem Principis  
extollere studuerunt. Putabat  
peccare Principes Germaniae,  
qui Carolo V ceterisque Impp.  
se opponebant. Foras ideo li-  
brum edidit de auctoritate Prin-  
cipum in populum, semper  
inviolabili, 1612, 4, pagg. 131.  
Ne dicam de iuris maiestatis li-  
bris, quos conscripsit 1610,  
4, et de doctrina politica se-  
cundum Aristotelem 1606, 4.

Compara bibliothecam iuris  
imperantium p. 93 sq. § 8,  
1727, 4. Accedit commen-  
tum de maiestate diuina, siue  
potestate summa, a DEO im-  
perantibus omnibus tributa,  
quam defendere conatur 10.  
WANDALINVS Professor Haf-  
niensis in iure regio *in vno d. p.*  
1663, 4, pagg. 956.

c) p. 21 des historischen iu-  
ris publici, 1765, 8 mai.

d) entwurf einer pragmati-  
schen Teutschen Reichshistorie  
p. 241, 1763, 8.

## § II

GERMANICVS PRINCEPS CVM LIBERTATIS TVM  
MILITIAE SEMPER STUDIOSSIMVS.

Rem trado notissimam, C. CORN. TACITO \* auctore.  
Occupati hoc in argumento complures fuerunt, praeser-  
tim GOTTLIEB SAMVEL TREVER e) ac FRIDERICVS  
CAROLVS DE MOSER f). Ne dicam de amore tractan-  
di, arma g).

\* de situ et morib. Germa-  
nor. cap. 37 § 6.

e) Et in animaduersionibus  
ad GVILIELMI Baronis de  
SCHROEDER disquisitionem  
politicam vom absoluten Fuir-  
sten-rechte, 1719, 8, pagg.  
236, et in opusculis de studiis  
I. R. G. ruinam procurantibus,

1730, 4, pagg. 134, ac de stu-  
diis nimiae libertatis circa Sta-  
tus Imperii ruinam I. Germ.  
procurantibus, 1738, 4, pagg.  
72. Adi schedion: libertatis  
Germanicae querela per Euseb.  
Philadelphum 1586, 4.

f) In den beherzigungen  
1761, 8, pagg. 684.

g) 10.

❁ ❁ ❁

3

g) 10. GEORG. ESTOR OBS. XIII p. 15 sq., 1739, 4, HAE-  
SERVATIONUM IURIS FEUDALIS OBS. BERLIN l. d. p. 76, p. 93.

### § III

AEQUALITATIS STATUS ERANT GERMANI OBSERVATORES RIGIDI. PARES CVRIAE.

Recte sentit HUGO GROTIUS h), memoriae prodens: quod in criminum caussis prouocatio haut daretur, non mirum, quum PARES de PARIBVS summa religione ac misericordia iudicarent. De rebus clientelaribus PARES iudicabant; ita non vocati, si dominum respicias, sed aequales inuicem cum reo in primis i). Sic de castrensi beneficio iudicare nequibat vasallus, bellum sequens k). Eiusdem requirebatur clypei, indolis paris vasallus. Originem ducit hoc institutum e Germanorum, Gallorum Anglorumque insigni libertatis praesidio. Firmavit hunc morem Imperator Conradus Salicus. Hinc vasallus obligatur: faire service de cour et de plaits: vrthel zu sprechen mit Ihrer Fuirstlichen Gnaden mannen - -

h) in prolegomenis historiae Gothorum, Vandalorum et Langobardorum, p. 67, Amst. 1655, 8 mai, et Marburgi 1746, 4, cui inscriptum: H. Grotii de veteri iure Germanico opusc.

i) 10. IACOB. MASCOV de paribus curiae § 7 p. 12, 1740.

k) des Schwabenspiegels lehrecht cap. 139.

### § IIII

IVDICIVM PARIVM EXEMPLIS FIRMATVR.

Temporis epocha inde ab anno MCCCCXVII vsque cloccxxv siue a regno Conradi I regis Germaniae et

A 2

Impe-



Imperatorem Hainricum V iudicabantur caussae feodales a curiae paribus l). Etenim, siue lis agigaretur inter vassallos cuiusdam domini, siue inter dominum ipsum eiusque vassallum; eligebantur extra Saxoniam XII pares m) de feudis autem Saxonis VI iudicabant pares. Quum vassalli litigarent inter se, dominus feudi erat iudicii praesentabat, locum iudicis occupabat aliquis e vassallorum ordine.

l) HAEERLIN p. 274 l.d. viget Bambergae, teste IO. CHRIST. LVINIG T. I corporis iur. feudalis col. 1539 sqq.

m) qui numerus adhuc

### § V

Imp. Hainricus II, quum Hainrici Marchionis Suinfortensis causam ageret, et iudicio parium foret condemnandus, ac vinculis custodiendus, hoc a paribus erat decernendum. In horum numero positus fuit antistes Magdeburgicus, cui, ut Hainricum in vinculis haberet Gibichensteinii, pares mandauerunt.

Vulgo audit Hezilo de Suinfort, Comitis Bertholdi Eblaecae filius, Gerbergae coniux. De hoc egit SIMON FRIDERICVS HAHN T. II der Teutschen stats. Reichs- und Kaiser-historie p. 184 sq. 1721, 4 mai. Nihil hic de parium officio peruidit IOSEPH BARRE histoire d'Allemagne T. II p. 639, 1749, 4 mai. Compara DITMARVM Merseburgensem T. I rer. Bruns. LEIBNITII p. 376, libro 6.

Otho episcopus Frisingensis enarrat, Hungaros ignorare parium iudicium, de gestis Imp. Friderici I lib. I cap. 31. Addit GVINTHER:

Si



❁ ❁ ❁

Si tibi pro feudo, quod, te tribuente, faretur  
Acceptum, tu vero negas, vasallus agendam  
Forte mouet litem, non tu, sed CVRIA, iudex  
Audiat, et certo determinet ordine litem.

Idem Imper. Fridericus I, Constantiae pacem firmans, consti-  
tuit, vt parium curiae iudicium obseruarent vasalli. Promul-  
gata fuit haec constitutio mense iunio, anno 1183 Constanziae, teste HAINRICO comite DE BÜNAV probe de Reichs-  
historie in dem leben Friderichs I p. 280, 1722, 4 mai.

Idem seruauit institutum Imp. Fridericus II Moguntiae  
anno 1236. Quum Erfurti verfaretur Rudolphus I Germa-  
norum rex, iudicium parium curiae firmauit.

Sequitur Albertus I Germaniae hoc vetus institutum.

Imperator Sigismundus idem obseruauit Vlmae, MI-  
CHAELE CASPARO LONDORPIO teste T. I actorum publi-  
cor. p. 27 sq. 1668 fol.

## § VI

VESTIGIA HVIVS INSTITVTI IN TABVLIS PACIS  
OSNABRVGENSIS.

Promittit Imp. Ferdinandus III capite V § 55, se in  
maioribus caussis septemuirorum *suffragia* ac Principum  
sententiam fore postulaturum.

## § VII

VICBALDI CORBEIENSIS PRAESVLIS EXEMPLVM.

Annalium Corbeiensium auctor, de anno 1150 agens,  
narrat n) et pincernam et dapiferum Abbati molestiam  
grandem adtulisse. Commoratur Imp. Conradus III Spi-  
rae. Detulit caussam Vicbaldus praesul ad curiam Principum.

A 3



pum. Placuit, vt iudices deligerentur cum regni ministeriales cuncti, iam Spiraе versantes, tum Principum omnium ministeriales, qui ibidem commorabantur. Adeo sollemne fuit, ministerialem iudicari a ministeriali.

Deciditur lis secundum Abbatem. Foras edidit tabulas, familiae Benedictinae decus, EDMUNDVS MARTENE o). Scribendae sententiae aderant et nomen dabant Ortleuus Basileensis antistes et ministeriales sui: Hermannus Constantiensis episcopus ac ministeriales sui: Guintherus Spirensis episcopus et ministeriales sui: Clerus et populus Vormacensis ecclesiae, quae tunc vacabat: Clerus et populus Fuldensis monasterii, quod tunc vacabat: Tithericus dux Sueviae et Alfariae et eius ministeriales: Orho Palatinus Comes de Withelispach et sui ministeriales: Hermannus Marchio de Bathen, et eius ministeriales. Ac, ne reliquos ministeriales praetermittam, inueni nomina sequentia dictae tabulae adiecta: ex regali comitatu Arnoldus de Rotenburch, dapifer: Hainricus mareschallus: Reingerus pincerna: Thiertpertus de Winsperch camerarius.

n) in CHRISTIANI FRANCO) T. II thesauri anecdotor.  
PAVLLINI rerum German. p. 607, 1717 fol. † 1739 senex  
syntagmate T. II p. 395, 1698. 85 annorum.  
4.

### § VIII

MINISTERIALIS A MINISTERIALI, LIBERI A LIBERIS, PRINCEPS A PRINCIPIBUS IUDICANTVR.

Sicut officia Germanicarum aularum administrabant I pincerna, II dapifer, III marschallus et IIII camerarius p); ita vasalli castrenses a castrensibus, et qui militiam sequuntur, a vasallis ordinis sui iusticiam beneficalem, prout loquebantur, postulabant.

p) 10.

p) 10. PETRI DE LVDE-  
WIG iura feudor. cap. XII p.  
833 sqq, 1740, 8 mai.

q) 10. IACOBI MASCOV  
commentarii de rebus Imperii  
sub Lothario II et Conrado III  
p. 318, 1753, 4t mai. Sic  
anno 1160 Hillianus archiepi-  
scopus Treurenensis promittit  
antistiti Viridunensi plenariam  
iustitiam e curia sua feudali.  
10. NICOL. AB HONTHEIM  
historiae Treurenensis diploma-

7  
ticae T. I p. 590, 1750 fol.  
Ioannes comes de Sain anno  
1340 promittit Archiepiscopo  
Treurenensi: se velle stare sen-  
tentiae parium curiae, quam  
hi sunt laturi, DE HONTHEIM  
l. d. T. II p. 145. Imperator  
Carolus III anno 1354 confir-  
mauit iudicium parium curiae  
Treurenensis, ita tamen, vt ap-  
pellatio ad Caesarem cuius pa-  
teat, AB HONTHEIM T. II p.  
176.

### § VIII

CAVSSAE GRAVITAS INTERDV M NVMEROSVM CV-  
RIAE PARIVM CONSESSVM DESIDERABAT.

Litigabant anno 1444 de decem millibus marcarum  
auri ex feudis Moguntiacis, quae Falckensteinii dynastae  
possederant, a Bernharto et Ioanne Comitibus de Solms,  
atque Gottfrido et Eberharto dynastis de Eppstein perfol-  
uendis Conrado dynastae de Weinsberg. Conscendit tri-  
bunal Archiepiscopus Moguntiacus Ditericus, dynasta de  
Erbach. Adseffores iudicii clientelaris erant XXVI, et cle-  
rici et laici r).

r) GEORG. CHRISTIAN. tiacarum p. 759 § 23. 1722  
IOANNIS T. I rerum Mogun- fol.

### § X

Fuldenses vasalli obligati erant, litigare coram iudicio  
curiae parium. Confidebant in templi maioris peristylio  
iudices, vasalli s).

s) Docer,



s) Docet, quae dixi, 10. FRIDER. SCHANNAT p. 45--49, 1726 fol. Et molestus lectori forem et a scopo aberrarem, si, quae complura penes IO. CHRISTIAN. LVINIG

in corpore iuris feudalis, 1727 fol. leguntur, et IO. IACOB. MASCOV, de paribus curiae, litteris mandauerunt, hic vellem repetere.

## § XI

### VSVS PARIVM IMPERANTE MAXIMILIANO I.

Ceciderat filius vasalli Suntgaviensis in praelio. Optabat pater, vt post obitum suum sibi filia in feodo succederet. Rogat Imperatorem. Annuat Imperator petito. Agnati contradicunt Caesaris gratiae. Maximilianus I respondit: Aditote pares! Quidquid hi decident hac de visione, ius esto! Pronunciant pares Suntgaviae secundum agnatos, reformantque Caesaris sententiam. Rem enarrauit VDALRICVS ZASIVS, cui patria erat Constantia, vixitque inde ab a. 1461, quique e vita migravit, antecessor Friburgensis in Brisgavia 1535. De feudis agens parte XI haec reulit.

## § XII

### PARIVM CVRIAE FORTVNA LABAT.

Hi erant Imp. Carolus V t) atque Imp. Ferdinandus I, par fratrum, qui operam dederunt, vt in partem veramque vacillaret iudicium Principum v). Larga manu tribuit Imp. Ferdinandus III a. 1654 senatui suo purpurato causas feudales Ordinum Imperii decidendas x). Sic luce priuatur iudicium id, quod inde a Carolo M. ab anno 1000 xiii y) viguit.

t) Ordinatio regimenti 1521.

v) Kammergerichts ordnung a. 1555 P. II tit. 7.

x) Reichs-

x) Reichshofraths ordnung  
tit. 2 § 1 in PAVLLI IAC. DE  
RIEGGER corpore iuris publi-  
ci p. 685, 1764, 8 mai.

y) Capitularium regum Fran-

corum T. I col. 506, cura STE-  
PHANI BALVZII 1677 fol.  
mai. Plura veterum testimo-  
nia dedit IO. GEORG. CRA-  
MER de iuribus nobilitatis au-  
tae p. 431, 1739, 4 mai.

### § XIII

AVGVSTVS I SEPTEMVIR SAXO TOLLIT E MEDIO  
IVDICIVM PARIVM.

Hic Princeps, qui cor, oculus dextraque Imperii ce-  
lebratur, et qui adolescens Pragae Maximiliano II adfuescit,  
quique Imperii habenas haud difficulter consequi potuisset,  
nisi Rudolphum II Ordinibus regni commendare maluis-  
set; hic, inquam, vasallos gemma libertatis orbare voluis-  
se, num credendus? At laborabant administri status, vt,  
inter incultos Germaniae extremae mores, praeter exspe-  
ctationem caeli Latini deliciae conspicerentur z). Recte  
philosophatur hoc de argumento HAINR. CHRIST. L. B.  
DE SENCKENBERG \*).

z) DANIELIS EREMITAE  
iter Germanicum p. 363, 1701,  
8 mai.

\*) de feudis Brunsvicensi-  
bus § 59 p. 61 a. 1739 sq.: iu-

raffes, ait, hos viros non tam Sa-  
xoniam, Germaniae partem,  
quam Latium se habitare cre-  
didisse. Ita omnia in Latinos  
abierunt mores.

### § XIII

INCREDIBILE GERMANVM SE CITO CONVERTERE  
IN ROMANVM.

Quod ad corpus Augusti attinet ludos equestres valde  
amabat a). Verum enim vero inuertitur cito ab iis, qui sunt  
illi a consiliis. Promulgavit anno 1572 die aprilis XXI  
constitutiones Saxonicas, quasi Constantinopoli fuisset et  
in



in consilium adhibuisset Tribunianum. Constituit Princeps regimen prouinciae primus. Vult, vt causas feudales, abrogato parium iudicio, orent aduocati coram prouinciae regimine, der Regierung b). Saxoniae Dresdensi praecerat ab anno 1553 vsque 1585. Ius feudale Långobardicum strenue sequitur. Solonem putantes illum quidam Principes, imitantur haec noua. Per studiosos iuris in Saxonis vniuersitatibus litteratis, iuris scientiae operam nauantes, disseminantur haec peregrina, odoris suauis et iucundi; praecipue iis, qui iurisdictionem feudalem omnem ex imperio profluere sibi persuadent. Ideoque stant a partibus vel domini, qui simul IMPERII iuribus fruuntur, vel putant saltim ex IMPERANTIS indulto exercere, pares iudicia feodalia. Plane contraria Germanorum statuunt institutis pariumque curiae cognitioni ac decisioni. Quidnam imperii dominiue habebant curiae pares in dominum feodi aut conuassallum suum?

a) Saechsische merkwürd. b) Constitur. P. I. constit. digkeiten p. 823 § 19, 1724, 4. 27.

### § XV

Vix nouam hanc iurisprudentiam induxerat Augustus I ex politicis rationibus et statim venit in morem, atque complures illam imitabantur c).

### I

Vasallorum iudicium vetus passim abrogatum.

c) Enumeravit illos I. O. GE. CRAMER l. d. p. 442, videlicet in Moguntiacae, Spirensis antistitis prouincia, Austria, Bohemia, Silesia, Glogoniensis, Suidnicensi, Iaurauienti, Bauaria, Saxonia Ernestina, Lusatia, Marchia Brandenburgica, Magdeburgico ducatu, Halberstadiensi, Brunsvicensi, Lüneburgico, Holatiae, penes Anhaltinos, in Bremensi ducatu

catu ac Verdensi, Cluensi, ac T. II col. 1, 342, 352, 445,  
Marca comitatu. Compara 681, 791, 935, 1030, 1133,  
LVINIGII corpus iuris feuda- 1354, 1379 et 1417.  
lis T. I col. 1391, 1612, 1624,

## II

Non tamen vbique.

Quod mireris, ausi fuerunt quidam adfirmare, parium curiae iudicia iam dudum in Germania vniuersa desuisse. Sunt in istorum numero Iustus Geor-  
gius Schottelius, Nic. Christoph. L. B. de Lynker, Io. Hainr. de Berger, Georgius Beyer, ac Rud. Frider. Telgmann.

## III

Dubium mouetur.

Quis, quaeso derisum effugeret, si equo insidens caput galea regeret, pectus lorica, dorsum cataphracta, ocreis ferreis pedes hodie munire vellet. Prout aeri comparent insculpti Albertus I rex Germaniae, Fridericus III rex, Rupertus rex, aliique apud IACOB. SCHRENCK DE NOTZING in der Ombrasi-  
schen ruistkammer p. 1 sqq., 1735, 4 mai., itemque MAR-  
QUARDI HERRGOTT monu-  
mentis Domus Austriae T. I, 1750, fol. max., tab. I p. 3, tab. II p. 5, tab. III p. 6, tab. III p. 9, tab. V p. 12, tab. VI p. 14, et in eiusdem genea-  
logia Habsburgica T. I p. 92, 1737 fol. max.

## III

Sed soluitur.

Veterem memoriam cognoscit, qui sigillum clientelae Nouemviri Saxonis intuetur, penes FRIDER. ADAMVM GLAFEY in dem kerne der geschichte des Kur- und Fuirstlichen Hauses Sachsen p. 542, 1737, 8, vbi Augustus III e-  
quo vehitur phalerato, et indutus galea et thorace, ac si ortus esset seculo XI. Pariter Hohenlohici Principes sigillo vtuntur feudali, ad morem vetustum Germaniae vtuntur, CHRISTIANI ERNESTI HANSELMANNI beweis der Hohenlohischen  
B 2



hischen landeshoheit, T. I p. 97 sqq., p. 513, 519 et sq. 96, et p. 584 num. 6. Adde 1751 fol.

## § XVI

SITVS FEVDI IN REGIONE ATQVE EXTRA ILLAM.  
PRAEMITTENDAE SVNT VOCES REI RVSTICAE  
SEV OECONOMICAE IN IVRE CLIENTELARI.

In monimentis adparent: I dominicale: II novale: III iuger: IIII ager; V huba, hobonna et haftuna: VI mansus vel mansum, mansa; VII curtis, area, arealis, curtelocus, hovestatt, atrium seu casa rustica, aliquando aedificiis cinctum, aliquando non: habitatio rustica colonis ac feruis ad rem agrestem necessariis instructa. Vnde etiam cum hubis seu mansis saepius confundebatur, quamvis inter se differrent. CVRTEs salicae, salhoeffe, sedelhoefe, in quibus mares excludunt feminas: VIII territorium siue 315 agri: VIII villicatio, negotiatio rustica, interdum TRACTVS, qui vnam vel plures villas cum rebus, eo pertinentibus d), continet.

d) 10. FRIDER. SCHANNAT p. 322 sqq. Buchoniae veteris, 1724 fol.

## § XVII

FEODA IN CVRTE ATQVE EXTRA ILLAM.

Plures hoc argumentum fuere prosequuti \*).

\*) praesertim 10. GVILIELM. AVG. CHRISTIAN. REHFELD  
GOEBEL de feudis extra curtem, Helmstadii 1725, 4, Halensis Saxo de feudis in et  
GEORG. LVDOVICVS BOEHMER de iudice feudorum extra curtem, Goettingae 1746, 4, extra curtem, Argent. 1697  
et 1744, 4, 10. PETRVS DE LVDEWIG iniur. feudorum cap. X p. 504. - 557, 10. IAC. MASCOV de paribus curiae p. 8-10.

## § XVIII





## § XVIII

## SIGNIFICATIO CURTIS.

I denotat palatium domini, in quo ius exercet. II intelligitur hoc vocabulo mansio seu manerium, ad inhabitandum cum agris, possessionibus et aliis emolumentis. III curtis pares seu cortales, qui sunt vasalli, ab eodem domino feuda tenentes e). Adde alias significationes, quas notavit HAINRICVS SPELMANN f), collegitque CAROLVS DV FRESNE g), ac FRID. LINDENBROG docuit h).

e) THOMAE CRAGII ius feudale, 1716, 4 mai.

f) glossarii p. 158, Lond. 1687 fol.

g) T. I col. 1354 sq. 1710 fol. glossarii ad scriptores med. et infimae Latinitatis.

h) p. 1385 codices legum antiquar. 1613 fol.

## § XVIII

## QVID FEODVM IN CURTE ATQVE EXTRA ILLAM? \*

Illud fit, quum dominus vasallo aliquid in feudum largitur, cuius reditus domino sunt destinati. Extra curtem inauguratur vasallus, qui feudum nanciscitur, ex quo dominus reditus speciatim non percipit. Quod ad principes ecclesiasticos attinet, possident illi bona vel dotalia vel communia i). Dotalia speciatim audiunt mensalia k) et generatim dotalia. Qui in dotalibus, generatim dictis, feudum adipiscitur, obtinet feudum in curte. Qui vero e bonis communibus, vel plane secularibus, quibus Princeps clericus fruitur, dicendus erit vasallus extra curtem. Quod ad Principem laicum attinet, aut Comitem, regniue dynastam; possident hi, illiue, bona fisco l) aut patrimonio adscripta. Cui vasallo ex his datur feudum, in curte est.

B 3

Secus



Secus se res habet, quum dominus illi feudum largitur  
e bonis nec fiscalibus nec patrimonialibus.

i) AVGVSTIN. A LEYSER de origine honor. mensae epi-  
scopalis, 1724, 4.  
T. VII 1732, 4.

l) HAINR. GOTTLIB FRAN-  
CKE notitia domaniorum, ad  
Leyserum de assentationib. IC-  
tor. commentans, 1741, 4.

k) IO. ERN. FLOERCKE

## § XX

### VSVS FORENSIS HVIVS DISTINCTIONIS.

Quidam interpretes ea feuda, quae extra domini pro-  
vinciam sunt sita, extra curtem vocant. Maximus illo-  
rum prostat cumulus, quem Saxones in tertia classe vasal-  
lorum ponunt. Nomina illorum dedit CHRISTIAN.  
GOTTL. WABST m). Saxonici Nouemviri iura, quae  
sibi adscribit dominus directus, in opusculo de dominio  
directo in alieno territorio, enarrauit MICHAEL HAINR.  
GRIEBNER, quod cum BURGHARTI GOTTHELF  
STRVVI diatribe argumenti similis recudi fecit HAINR.  
GOTTL. FRANCKE 1743, 4. Magnus numerus vasallo-  
rum domus Brandenburgicae in Austria adparet, et ma-  
ior exstat regis Bohemiae \*) in Germaniae prouinciis.  
Aliorum feodorum extra curtem nomina habes in der be-  
schreibung der Hanau-Muinzenbergischen lande n).

m) histor. nachricht von Bohemica extra Bohemiam  
des Kurfürstentums Sachsen sita.  
verfassung der hohen und ni-  
dern iustiz p. 31-47, 1732 fol.  
\*) HAYMANNI staats und  
reisegeographie T. I p. 74-77,  
1750, 8 mai, enumerat feuda

n) p. 243-246, 1720 fol.,  
itemque p. 159, 161, 163,  
178, 179, 180, 181, 182.  
Apud IO. GE. ESTOREM p.  
87 sq. analectorum Fuldenium  
1727

1727 fol., 10. IAC. MOSE- eiusdem einleitung in das Kur-  
 RVM p. 255 sqq. des staats- Pfaelzische staatsrecht cap. XII  
 rechts von Trier, 1740 fol., p. 610 sqq. 1762, 8.

§ XXI

MODVS TRACTANDI CONTROVERSIAS FEVDALES  
 IN SAXONIA.

Feodorum ambtsfassicorum litigium inter ambos vasal-  
 los coram praefecto, dem ambte, disceptari potest. Iu-  
 dicium aulicum pariter est iudex competens, quum inter  
 vasallos controuersia oritur de feodo schriftfassico. Sunt  
 tamen quaedam capita reseruata, vt audiunt, Dresdensi re-  
 gimini; videlicet I inuestiturae actus, ad quem quisque,  
 prima vice iurans, vasallus vt praesens sit ipse, quem-  
 que cancellarius adfatur: IIR tutelar ac curatelar be-  
 neficiariae: III dotalitiorum confirmationes: contractus  
 super feodis: IIIR exsequutiones in bona feodalia: V co-  
 gnitio de controuersia dominum inter ac vasallum: VI  
 conuocatio ad clientelaria seruitia. Numerus equorum  
 beneficiariorum Saxoniorum, der ritterperde, ascen-  
 dit ad summam 1388½. Accedunt Merseburgici 92 et  
 Naumburgici 37½. Praedia Nouemviri Saxonis alunt  
 90½ ritterperde: VII Commutatio feudi in allodium:  
 VIII nec facile rescinditur transactio, a regimine confirma-  
 ta o).

o) WABST p. 72 § 9-II p. 78.

§ XXII

FORMA IVDICIORVM CLIENTELARIVM FRAN-  
 CONIAE.

Bambergae est das ritterlehngerichte. Praeses et XI  
 adfessores auitae sunt nobilitatis. Ibidem est das buirger-  
 lehn.



lehngerichte. Iudex ei praest, et II adfessores cum illo iudicant. Wirceburgi constitutum legimus das lehngerichte. Caput est der lehnpropft cum adfessoribus equestribus viris ac litteratis. Eichstadii reperitur das lehn- und rittergerichte. Praesidem adpellant den lehnpropft. Baruti cernimus das ritterlehngericht. Praeses audit der lehnrichter, cum V adfessoribus, viris equestribus. Facti sunt dies, quibus iudicium agitur. Onoldi videmus den lehnhof. Praeses vocatur lehnpropft p).

p) HAYMANNI staats- und reise-geographie T. V p. 808 (99- et p. 861 sq.

### § XXIII

MODVS TRACTANDI CLIENTELARIA TREVIRENSIA.

II, qui Nouemuiro Treuirensi a consiliis aulae sunt, decidunt lites feudales. Docet hoc sententia in causa Baronis Beyffel de Ginnich contra Baronem de Mezzenhautsen, anno 1685 lata q). Anno 1724 lis de feodo, Croewer lehn dicto, agebatur a Baronibus de Kesselstatt et Metternich de Muillenarck aduersus aduocatum fisci Treuirensis. Adpellabant illi ad supremum Imperii Senatuum, qui Wezlariae degit r). Anno tamen 1710 causa L. B. ab Ahr contra heredes Metternichios coram paribus curiae ventilabatur s).

q) Illam seruat MOSER im staatsrechte von Kur-Trier p. 270, 1740 fol.

r) MOSER I. d.

s) MOSER I. d.

### § XXIII

AC NOUEMVIRI PALATINI.

Anno 1739 Nouemuir Palatinus Carolus Philippus Marchioni Brandenburgico Onoldino ob comitatum Sain-Alcen-

Altenkirchen offerebat parium iudicium t). Ceterum  
causae feudales extraiudiciales spectant ad regimen, quod  
Manhemii est; lites vero deciduntur a iudicio prouinciali  
sive aulico v). Iuliacenses ac Montanas iudicant pares  
curiae. Extraiudicialia negotia feudalia pertractant ii,  
qui sunt a consiliis intimis, quique simul regiminis x) par-  
tes suscipiunt.

t) MOSEKI Sainisches staats- cap. XII § 217 p. 682 sq. 1762,  
recht p. 265. 8.

v) idem in der einleitung zum Pfälzischen staatsrechte x) ibidem § 163 p. 706 sq.

### § XXV

#### IMPUGNATIO SENTENTIAE VSV GERMANICAE.

Quicumque litigans se laesum iudicis sententia putat,  
durch das vrthel y) vel ordel, aut laeuterabat, sit venia  
verbo barbaro, aut increpabat istam; er schalt das vrthel.  
Vario modo hoc vocabant, scilicet querulari aduersus iu-  
dicem: querelam ad superiorem deferre: proclamare ad  
palatium: reclamare causam: ein vrthel widerreden:  
blasphemare sententiam: blamiren das vrthel.

y) Germani dicebant vrtei- glossarii Germanici T. II col.  
len, ardeilen, erteilen, irtei- 1755, 1737 fol., CHRIST.  
len, ordelen; Belgis vero v- GOTTLOB HALTAVS glossa-  
sitatum oordeelen. Descendit rii Germanici medii aevi col.  
a teilen, partiri. Ar, er, ir, 2010 sq. 1758 fol. Existima-  
or et ur sunt particulae inten- uit GEORG. MELCHIOR DE  
sivae. Distribuere ius inter LVDOLF vol. III obseruatione  
actorem reumque. Verteilen 292, p. 419--429, 1734, 4,  
notat condemnare, a ver et differre schelten et schelden.  
teilen. Vrteil, ordel, diffini- Hanc vocem autem idem no-  
tio. 10, GEORG. WACHTER tare ac beschuldigen opinatur.

### C

### § XXVI



## § XXVI

## SECUNDA INSTANTIA ET TERTIA.

Clamans contra sententiam, istam impugnabat statim coram iudice superiore. Tertia instantia erat rex Germaniae vel iudicium palatii, die Pfalz. Saxones increpabant sententiam coram scabinis Halensibus, atque horum iudicata impugnabant coram scabinatu Magdeburgensi; ac denique coram palatii iudicio \*).

\*) IO. LEONHART HAVSCHILD p. 149 sqq. von der gericht's verfassung der Teutschen, 1741, 4.

## § XXVII

## ALII MODI SENTENTIAS IMPUGNANDI.

Interdum prouocabant ad missos. Romanorum enim appellatio Germanis erat incognita. Comites palatii adibat quoque sententiam impugnaturus. Immo reges compellant de mutanda sententia, GEORG. LVDOV. BOEHMER l. d. pag. 30 sqq.

## § XXVIII

## LAEUTERATIO.

Species erat, qua sententiam oppugnabant, dicta die laeuterung. Sic Burggrauios de Nuirnberg 1363 laeuterantes aduersus Austriae duces legimus in sententia Imp. Caroli IIII z). In augusto Camerae tribunali vfitatam fuisse laeutationem testatur IO. HAINR. L. B. DE HARP-PRECHT a). Vocatur etiam prouocatio, quum a rectoribus vniuersitatis litteratae, prouocatur ad professores cunctos.

z) BURGH. GOTTH. STRVVE de dominio directo in alieno territorio, in adpendice litt. E.

a) T. I des staatsarchivs des Kammergerichtes § 170 p. 93 et p. 158. 1757, 4.

## § XXVIII



## § XXVIII

GENVS ALIVD RETRACTATIO.

Haud incognita quoque fuit sententiae retractatio b).

b) GE. LVD. BOEHMER l. d. pag. 91 sq.

## § XXX

DER SCHVB.

Desiderabat adpellans den schub vel heimshub, relationem de statu causae, aut illam haud necessariam esse declarabat c).

c) HALTAVS l. d. col. 1653.

## § XXXI

ALIVS MODVS ADPELLATIO.

Si quid video, inde ab Imp. Caroli III temporibus in vsu posita fuit adpellatio Romana, das berufen d). Vbi necessarius erat der zug, siue petitio apostolorum czu einem mol, czum andern mol, czum dritten mol, ryfch, ryfchlicher, aller ryfchigft e). Risch notat celeriter, festinanter.

d) ibidem col. 137.

e) HALTAVS l. d. col. 2168 sq.

## § XXXII

SPECIES ALIA DATVR ACTORVM, NEMPE TRANSMISSIO.

Schoepfen des rechten dicti, quasi auctores et oracula patrii iuris. Praeses illorum dicebatur magister scabinorum, vel magister scabinus f). Collegium audiebat der schoepfenstul. Interdum schoepfenstul est sedis scabini in collegio. Kaute dicebatur locus criminalis iudicii,

C 2

ac



ac scabini nominabantur die richter. Scabinorum collegium vocabant das recht; ipsorumque sententiam den spruch. Inde rechtsprecher ortum, ac rechtsitzer.

f) ibidem col. 1643.

### § XXXIII

REGES VASALLI QUOQUE SVBERANT DOMINI IVDICIO VASALLI.

Quiuis vasallus suberat feudi domino, quamuis rex esset g). Ita Imp. Carolus V Franciscus I Galliarum rex tamquam Flandriae comitem, vasallumque Galliae contendebat stare debere in iudicio feudali Gallico h). Ordines Imperii inde ab Imp. Ludouici V et Imp. Caroli III temporibus et iuris sui, quod primi fori vocant, des gerichtsstandes, et iuris de non euocando erant custodes rigidissimi i). Ipsum appellantem ad Imperatorem absentem prouocare haud ferebant. Ad Caesarem praesentem licita erat adpellatio k), qui eum in finem Germaniae regiones permeabat.

g) II feud. 55 § 2. Ipse Pontifex hoc negare haut potuit vasallo clerico cap. 2, 6 etis X de foro comp., cap. 13 X de iudiciis.

histor. Fuldensis p. 268 sq. codicis diplom. 1729 fol. 10. GEORG. ESTOR de iure primi fori sine beneficio primae instantiae, Ienae 1741, 4.

h) Gundlingiana P. XXXXI p. 150 sqq.

k) GEORG. LVD. BOEH-

i) IO. FRIDER. SCHANNAT MER l. d. p. 61 sq.

### § XXXIIII

Egrege hoc thema illustrat ANTON. DADIN ALTE-SERRA l) exemplo Imperatoris Caroli calui regis Galliae, qui iussit, vasallos coram paribus curiae ante omnia causas feudales disceptare m). Dux Aquitaniae et Normanniae pares



pares curiae habebat. Ioannes sine terra, Richardi I Angliae regis, frater, dein rex Anglorum anno 1198, vasallos suos, Hugonem Brunum, comitem Marchiae, atque Augei comitem, PROVOCANTES ad Philippum Augustum, Galliarum regem, reuocauit ad forum suum, vt litigent coram paribus curiae suae. Hinc GVILIELMVS BRITON) canit:

Accedant igitur PRVS AD ME iudicioque  
Stent nostro, faciam quidquid ius iusserit illos,  
Consiliaque illos parium tractabo suorum.

Lis erat exorta de successione castri Drocensis inter Othonem Campaniae comitem atque Richardum Normanniae ducem. Robertus Galliae rex litigantes ad se vocauit. Excipiebat reus: se neutiquam regis forum adgnosceret. Causa haec, inquit, ad parium iudicium pertinet o).

l) de ducibus ac comitibus Galliae libro III cap. 9 p. 359 sq. cura ESTORIS 1731, 8.

m) capitular. tit. 16 cap. 10.

n) Philippidos VI. Erat Guilielmus formando ingenio Caroli, filii naturalis Philippi II Augusti Galliae regis, praefectus, ac regis dicti res gestas ab a. 1180--1223.

o) Testem cieo FVLBERTVM epistola 96. Erat hic cancellarius, posteaque episcopus Carnotensis ab a. 1017.. 1028, quo vitam finiuit. Adhuc regnante Imp. Maximiliano I curiae pares iudicabant.

Quum Georgius Bauariae dux Elisaberae filiae suae, quae Ruperto Palatino nupserrat, provinciam suam testamento destinauisset, et Lauingam atque Neoburgum ad Danubium viuis dedisset; anno que 1503 animam eslauisset; ad haec Imperator frustra laborauisset de conciliandis Bauariae ducibus Alberto et Wolfgango, atque Ruperto Palatino; Caesar, de sententia ferenda cogitans, in consilium adhibuit tum Septemuiros, tum Principes, Augustae Vindelicorum praesentes, tum Camerae iudicem et eius



eius adfessores, Imperator sententiam dixit aduersus Rupertum Palatinum anno 1504, quam exhibet IO. HAINR. L. B. DE HARPPRECHT T. II des staatsarchivsp. 178, 1788-4.

## § XXXV

NVM IMPERII FEODA SINT CAESARIS ATQVE IMPERII BENEFICIA?

Quum Imp. Fridericus II ducem crearet Brunsvicensem, videlicet Othonem puerum anno 1235; litterae investiturae, silent de feudo Imperatoris. Aeri insculptas conspicimus illas T. IIII originum Guelficarum p. 49. Hassiacae contra commemorant successores regni Romanorum et Sacri Imperii, testibus litteris regiis penes IO. GE. ESTOREM selector. iuris publici Hassiacis, p. 127, 1752, 8 mai. Imp. Maximilianus I de Georgio Palatino dixit: das er sein fuhrtenum von Vns und dem H. Reiche zu lehn trage, OEFELE scriptores rerum Boicarum T. II p. 360, SAM. GVIL. OETTERI schreiben von de ministerialibus Imperii p. 38, 1765, 8.

## § XXXVI

ACCESSIO AD FORMVLAM IMPERII CAROLO VII  
PRAESCRIPTAM CAPITE XXI § I NIHIL NOVI  
PROPONIT.

Sunt, qui putant in capitibus iis, quibus Imperatoris Caroli VII potestas circumscribebatur, rem nouam suise immixtam. Verum enim vero, qui leges ac iura Germaniae norunt, optime gnari sunt, animaduertuntque ex suffragiis Moguntiaci, Treuirensis, Palatino ac Brunsvicensis, nihil aliud sancitum fuisse, quam fori feodalis iura. Concordat illud caput I cum formula, quam Imperator Maximilianus I praescripsit augusto Camerae tribunali anno

1495

1495 titulo 25: II cum Imperii constitutione anni 1512 § 58, siue titulo III, § 13: III cum formula Camerae Imperii data anno 1521 titulo 30: IIII cum ea norma, quam Caesar et Imperium anno 1555 Cameram obseruare iusserunt, P. II titulo I et titulo 5 § 2, ac C. O. Camerae 1613 P. II titulo 5 § 2: V cum sanctione Imperatoria Imp. Caroli V anno 1519 scripta capite 18 § 3, 4. Nemo enim euocandus est a foro ordinario.

### § XXXVII

DOGMA GERMANICVM: EADEM FEODALIS CAVSSA  
AD FORA DIVERSA DVCI NEQVIT.

Wenceslaus rex Germaniae eiusque dicasterium negarunt: licitam esse vnus litigii disceptationem ad iudices diuersos p). Aliud exemplum causae in plura iudicia non spargendae enarrant NICOLAVS SCHATEN q) atque IO. PHIL. CONR. FALCKE r) ac MATTHAEVS WESENDEC s).

p) teste MARQVARTO HERRGOTT genealogiae Habsburgicae T. II, 1742 sq.

q) T. I annalium Paderbornensium p. 781 sq. ad annum 1150, regnante Conrado III, 1693 fol.

r) in deductione causae Breidenbachianae ac Breidensteiniae aduersus Hassiae Landgrauium Darmstadinum p. 93 sq., 1751 fol.

s) resp. 41 num. 40 sqq. col. 963 sqq. 1577 fol.


### § XXXVIII

FIRMATVR ADHVC ILLA VERITAS: DE NON  
EVOCANDO.

Anno 1603 illam thesin adprobauit summum Imperii tribunal, Spirae degens, teste FALKE t).

t) p. 123 l. d.

### § XXXVIII



## § XXXVIII

NON VSUS TITVLI II DIGESTOR. LIBRO XI IN  
CONTROVERSIIS FEVDALIBVS.

Negarunt huius tituli vsum MATTHAEVS WESENBEC v), LVDOLPHVS SCHRADER x), ceteri. Contraxerunt quidem IO. NIELLVS y) et THEODERICVS REINKINGK z). At THOMAS MICHAEL adfessor Camerae supremae anno 1605 a), GOTTFRIDVS ANTONI, Freudenberga Westfalus, primum antecessor Marburgensis, postea cancellarius vniuersitatis litteratae Giefensis b) magis acutum creuerunt. Ne dicam de GEORGIO OBRECHT c), NICOL. CHRISTOPH. L. B. DE LYNKER d). Forum Saxonicum ac Brandenburgicum quadrare hoc dogma ad Germaniam negauerunt, e). Recte subduxit rationes FRANCISCVS FRIDER. L. B. AB ANDLER, qui differentias iuris Romani ac Germanici probe obseruauit f), vsu rerum forensium in senatu Imperii aulico edoctus.

v) l. d. Professor Ienenfis et postea Vitebergensis, † 1586.

x) Vitebergensis ac postea Francofurtensis ad Oderam, † 1589, tractatus feudalis P. X sect. 5 p. 132, T. II, 1620 fol.

y) In controuersis iuris feudalis, disputationibus X enucleatis, Marburgi 1597, 4, disp. X thesi 3, e.

z) Olim Giefensis, dein Darmstadtinus, tum Marburgicus, postea demum Holatus, de regimine seculari et ecclesiastico libro I

classe 4 cap. 19 num. 104 p. 479 sq. 1659, 4, laudans recessum Imperii 1570 § 77.

a) consil. 69, num. 6 sqq. p. 592 vol. II consiliorum CASPARI KLOCKII, 1703 fol.

b) † a. 1618, disputat. feudaliu XIII § f.

c) de iurisdictione lib. III cap. 15 n. 23.

d) ad DBSELLII erotem. lib. II tit. 2 quaest. I p. 73, 1689, 4.

e) AVGVSTINVS A LEY-  
SER

ser specim. 122 medit. ad r. qua priuatae lib. II tit. 5 num;  
7 p. 580 vol. II 1723, 4. 31 p. 358, 1737 fol.  
f) iurisprud. qua publicae

§ XXXX

VALENTES ADVERSARIIL.

Primum nomino VLPIANVM g). Sequitur IOACHIM MYNSINGER a Frundeck, natus Stutgardiae anno 1514, nominatur iuris antecessor Friburgi 1535, promouetur Spiram, vt fit adfessor Camerae Imperii 1548, abdicauit se hoc munere anno 1555, cancellarius Guelferbuitanus, fatoque cessit Alsebbii anno 1588 h). Tuitus quoque est vsus huius tituli digestorum ANDREAS GAILL, i). Coloniae Agrippinae in lucem editus anno 1525, ab antistite et septemuiro Treuirensi nominatur Adfessor supremi tribunalis, quod Camera audit, anno 1558; abiit Spira a. 1568; ad Imp. Maximilianum II anno 1569 discessit, tum cancellarius Septemuiroi Colonienfis, animam exhalauit Romae 1587. Laborauit etiam pro Romani iuris vsu hoc in argumento PETRVS FRIDER, Münda Guestfalus, Francofurti syndicus ac Professor Giefensis, qui que ad plures abiuit anno 1618. Composuit de processibus libros III, quorum de continentiae causae Illus liber est k). Ibi capite III § 6 num. 7 existimat, vincere continentiam causae illud de non euocando pritiilegium atque Camerae iurisdictionem locum obtinere. Nec minus HARTMANNVS HARTMANNI, Professor philosophiae Heidelbergae, declaratus Adfessor Spirensis supremi Diacasterii Imperatorii anno 1556, annoque 1567 cancellarius Septemuiroi Palatini, a partibus Tribuniani stetit l). Ex dubio Camerali ac deputationis recessu 1610 §§ 26,

D



27 et 29 pugnat pro causae continentia ac iurisdictione Camerae PETRVS DENAIS, natus Argentorati 1561. A Palatino legatus mittitur Poloniam et Angliam, Adfessorum Camerae numero adscribitur a. 1590, ac naturae debitum reddidit a. 1610 m).

h) centur. I obs. 97 p. 64 k) Francofurti 1618, 4, et  
et centur. I obseruat. 4 num. 2 1597, 4.  
sq. p. 351, 1671, 4. l) tit. I obseru. 7 num. 7.  
i) obseruat. libro I obs. 32 m) iuris Cameralis cap. 97  
num. 3. p. 124 sq., 1609, 12.

### § XXXXI

LEGES DE CAMERAE IURISDICTIONE SVNT MEMORES IURIS DE NON EVOCANDO.

Constitutio de Camera agens et a. 1495 promulgata, § 29, et ea, quae 1521 tit. 30, atque ea, quae 1555 foras edita fuit P. II tit. I § I, reuera nituntur iuris Germanici institutis, improbantque iuris ciuilis scita n). Peruidit hoc cancellarius Halberstadiensis TOBIAS PAVERMEISTER A KOCHSTAETT o) ac Mynfingerum iuris Germanici euerfionis agit reum, et a via aberrantem declarat.

n) FRIDER. GVIL. TAFIN. o) libro II de iurisdictione GER institut. iurisprud. Came- Imperii Romani p. 584. num. ralis sect. III tit. 7 § 544 p. III, 1616, 4. 506, 1754, 8.

### § XXXXII

STATVS REI ROMANAE AC LANGOBARDICAE PLANE DIVERSVS A GERMANORVM.

Hoc iam docuere et L. B. AB ANDLER supra § XXXIII et LVIDER MENCKEN p). Tantum enim abest, vt patria instituta ad normam legum Romanarum possimus metiri;



metiri; vt potius certum sit: patrios mores ex folis patriis institutis ac Germaniae statu explicandos esse q).

p) de foro competente va- elementa iuris Germanici § 66 fallorum sect. II p. 18-38. num. 4, 1756, 8 mai., 10.

ADAM KOPP T. I der lehnsproben p. 20, 1739, 4.

q) 10. STEPH. FVITTERI

§ XXXXIII

DVBIVM MOVETVR E SITV ADEOQVE SVBIECTIO- NE TERRITORIALI

Nouimus territorii potestatem operari forum com- petens r). Cognita quoque subiectio vel cum suffragii in prouinciae conuentibus publicis, vel sine hoc praecipuo. Habemus subiectionem, quae tribuit personae forum co- ram dicasterio, quod regimen aut curiam vocamus pro- uincialem s). Saxones schriftsaffiatum personalem vocant t). Nec incognita est subiectio territorialis ratione prae- ditorum, quam realem dicunt v). Hancque duplicis es- se generis vel eam, quam *εμμέσως* dominus territorii ex- ercet vel *εμμέσως* illi tribuitur.

r) HAINR. DE COCCEII hofgerichtsordnung tit. 8 § 2 de fundata in territorio pote- p. 17, 1673 et 1726 fol.

s) 10. GOTTER. BAVER de schriftsaffiatu personali, 1750, 4.

s) Fuirstliche Hessische Samt- s) Idem de foro schriftsaffiatus realis, 1761, 4.

§ XXXXIII

ADPELLATIO AD QVEM?

Introductam Romani iuris adpellationem vsus fori ad- gnoscit x). Praemittitur, dominum ac pares curiae frui iuris

D 2



jurisdictione in causa feudali usus fuisse). Iam vero exploratum habemus: adpellationem dirigendam esse ad dominum propiorem, quem vocant immediatum z).

x) Ius feudale Alamannicum ignorat iuris ciuilibus adpellationem. Dicunt Alamannici das vrthel wiederwerfen. Loca indicauit HALTAUS glossarii col. 2111. Imp. Carolus III hac voce quoque fuit usus. y) II feud. 55 in f., cap. 6.

X de foro compet., LVIDER MENCKEN de foro competente vasallor. sect. I § 4 p. 6, Lipsiae 1716, 4.

z) SCHRADER tractatus feudalis P. X sect. II num. 53 p. 70 T. II, 1620 fol.

### § XXXV

A CVRIA FEODALI *ἀμέρας* IMPERII TRIBVNALIBVS SVPREMIS SVBIECTA NON ADPELLATVR AD TERRITORII DOMINVM.

Comes de Limburg Stirum est dominus feudi, in comitatu Marcano siti. Adpellatur augustum Imperii tribunal, quod Wezlariae degit. Excipit pars aduersa: adpellandum esse dominum territorii. Negauit hoc suprema Imperii Camera anno 1756, quia curia feudalis Stirumensis *ἀμέρας* iudicio Imperii augusto subesset a). Princeps Abbas Corbeiensis feudi dominus est, quod situm est in territorio Waldeckiano. Quum de causa hac clientelari Corbeiae fuit pronunciatum; adpellat litigantium horum quidam summam Imperii Cameram. Sic a Treuirensis Wezlariam Archiepiscopi et Palatini Nouemuirii curia feudali adpellare Principes Nassauicos, ac Solmsenses et Principes et Comites, item Principes ac Comites Isenburgicos, Sainenfes ac Witgensteinenses b).

a) 10. VLR. L. B. DE CRAVICI einleitung zum lehns-  
MER vol. I obseru. 161 p. 422, process cap. 14 § 7 p. 269,  
1758, 4.

b) IAC. FRIDER. LVDO.

1725, 4.

### § XXXVI



## § XXXXVI

PRINCIPIS GERMANICI TRIBVNAL SVPREMVM  
CENSETVR *quibus* SVMMIS REGNI GERMA-  
NIAE DICASTERIIS SVBESSE.

Hanc formarunt regulam, constitutiones Imperii c),  
illamque sequuntur summa Imperii tribunalia Imperator  
enim audit der oberste lehnherr d) et hoechster oberrich-  
ter im Reiche e).

c) conc. ordin. Cameralis  
P. II tit. 31 pr., capitul. Imp.  
Iosephi II art. XVIII § 3, FRI-  
DER. GVIL. TAFINGER in-  
stitut. iurisprud. Cameralis §  
680 p. 607, sect. III tit. 13.

d) GOTTLIEB SAMVEL  
TREVERI iurisprud. publica  
circa titulos Imperatoris § 16  
p. 49 sq., 1753, 4.

e) TREVER l. d. pag. 54  
sq. § 18.

## § XXXXVII

VSVS FORENSIS REGIONVM GERMANICARVM RA-  
TIONE ADPELLATIONVM IN CRIMINALIBVS.

Hanc vbiq̄ue restrictam esse, norunt cuncti f); nisi  
iudex criminum a iuris tramite deuiet g). Abusum tamen  
hic pariter obseruamus. Sic iudex, transmissis actis, in cru-  
ciatum dare volebat reum falsi grauioris. Hic supre-  
mum adibat regni tribunal. Negabat hoc tormentis co-  
gendum esse reum, vt consteatur, instrumenta falsi in  
stabulo suo reperta, ad se pertinere.

f) IO. NICOL. HERT de su- der kleinen schriften vol. II  
perioritate territoriali § 29. 1733; 8.

g) IO. GE. ESTOR P. VI

## § XXXXVIII

IN CAUSSIS CIVILIBVS APPELLAMVS GRADATIM  
AB INFERIORI IVDICE AD EVM, QVI *ἀπέσως*  
PARET ILLI.

Notissima haec sunt, docetque digestorum titulus III  
libri XLVIII. Quod ad Germaniae vsum facit, IO. NI-  
COL. HERT h) illum obseruauit. Atque hic subinde ad-  
parent Ordinum prouinciae praecipua i).

h) l. d. § 30 T. II opusculor. FENDORE rerum gestarum  
p. 263. Friderici Wilhelmi M. libro  
i) SAMVEL L. B. DE PV- XVIII § I p. 1519, 1695 fol.

## § XXXXVIII

IN CONTROVERSIIS FEVDALIBVS FORVM REI SI-  
TAE HAUD ATTENDIMVS NEC SUPERIORITATIS  
TERRITORIALIS HABEMVS RATIONEM.

Clara prostant verba hoc de argumento in iure feo-  
dali Alamannico k): vnd hett der Herre das güt do fu  
vmbe rechtent von einem andern Herrn zui vnd wider-  
wüirfet der sinen manne einre ein vrteyll vnd hett das fol-  
ge selbe dirte er zühet die vrteyll wol an den OBERN  
HERRN ob er in Tutzschen lande so ziehe er es fur den  
LANDRICHTER vnd do sol der Herre mit rechte hin  
komen Und kummt er nit dar als lme drifunt dar ge-  
botten würt so hett der man das güt behebet Und sol  
Yme der Künig oder der landrichter fride und gnode  
derane bannen obe das güt in sime gerrichte ist:

Si dominus feudum, de quo cognoscunt, illi (pa-  
res) ab alio domino iure feudi recognoscit, et REPRO-  
BAT sententiam aliquis ex vassallis suis metertius, recte  
causam deuoluit ad DOMINVM SUPERIOREM, si hic  
in



in Germania persistit; sin extra fines Germaniae moratur; APPELLATIO dirigatur ad IUDICEM PROVINCIALEM. Atque tenetur dominus (iudex a quo) de iure eo venire: si contumax est, postquam ter citatus fuit, vasallus feudum obtinuit, et debet rex vel iudex provincialis pacem et gratiam desuper praecipere, si feudum de eius iurisdictione est.

k) cap. 18 § 2 p. 30 corporis iuris feudalis Germ. edente HAINR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG, 1740, 8 mai.

## § L

IN GERMANIA GALLIAQVE GRADVS INSTANTIARVM, VT LOQVUNTVR IN FORO.

Infima classis superiorum iudiciorum fuere comitiae die landgerichte, gaugerichte l).

l) L. B. DE SENCKENBERG abhandlung von der hochsten Kaiserlichen gerichtbarkeit in Deutschland p. 8 § 4, 1760, 4t. mai., GEORG. MELCH. DE LVDOLEFF vol. III obseruat. 273 p. 181, 1734, 4, in primis 10. HEVMANN de vera vocis comeciae significatio- ne p. 6 sqq. Altdorfii 1750, 4, atque 10. ADAM. BERNHARD wahre beschaffenheit der ehemaligen comiciae in der Wertenau, § 4 sqq. 1748, 4.

## § LI

ALTERA SPECIES IUDICIORVM PROVINCIALIVM.

Classis secundae iudicia regia, landgerichte pariter dicta, veniunt, e. g. Wirceburgicum, Mittelhufanum prope Erfurtum m).

m) L. B. DE SENCKENBERG l. d. p. 9.

## § LII



## § LII

## TERTIVM GENVS ILLORVM IVDICIORVM.

Sequitur tertia classis iudiciorum ducalium, quibus dux provinciae praesidebat n). Ducibus extinctis oriuntur iudicia regni aulica: I Altenburgi in Osterlandia, II Wimpfhae ad Nicrum, III Rotenburgi ad Tubarim et IIII Turegi, ac V Rotwilae, VI Tremoniae, ac VII Lauenburgi.

n) TATTI annali sacri della città di Como T. II p. 870 adiunctor. Vbi Sueuia declaratur libera, et solius ducis iudicio parere iubetur anno 1153.

## § LIII

## COPIA ISTORVM IN SVEVIA.

Superabat Suetunia nationes fere cunctas iudiciis Imperatoriis minoribus, landgerichten: I Ranckwilae in Muisina, II Fischershufae, III Schwarzaci, IIII Thuirgauiae, V Klergauiae, VI Hegauiae et Madaci, VI Stuihlingae, VII Schackebuchiae, VIII Marstaetae, VIII Campidunae, X Rotenfelsae, XI Vlmae, XII Burgauiae, XIII Oettin-gae, XIII Noerdlingae; XV in Brisgauia, XVI Leutkirchae, cet. o).

o) Bericht von der Kaiserlichen und Reichslandvogtei in Schwaben p. 190 sqq. 1755 fol.

## § LIIII

## ADPLICANTVR DICTA VISIONIBVS DVABVS.

Fac, ratione Hermansteinii prope Wetzlarium, de causa feudali litem suboriri. Pars dimidia est feudum Hassiae Darmstadinae; altera portio dimidia est dynastiae Greifen-

Greifenstein, quae spectat ad Principes de Solms, palmitis Braunfelsici, qui sunt ob hanc partem dimidiam vasalli Hassiae Castellanae. Interim duae partes Hermansteinii subsunt Hassiae Darmstadinae, quod ad superioritatem attinet territorialem, parentque et vasallus et feudum, si causas exceperis feudales, regimini siue dicasterio Gieseno. Finge de feodo Greifensteinensi iudicare vasallos Greifensteinenses. Adpellatur ab horum sententia Brunfelsam, et a Principis Solmsensis sententia Castellam p), ut dominum superiorem.

p) ERNESTI THEOPH. MAIERI synt. iuris feudalis p. 936, 1716, 4, 10. SCHILTER commentar. ad ius feudale Alamannicum cap. 18 § 2 p. 150, 1697, 4. Adde de hoc feodo 10. CHRIST. LVINIG T. II

corp. iuris feudalis col. 1697, 1697, et bibliothecam deductio- num Luinigo - Ienichianam P. III p. 138 sq., 10. GEORGII ESTORIS kleiner Schriften Iter band p. 109 sqq., 1744, 8.

## § LV

## INSPECTIO ALTERA.


Finge, W. de Curti praedia sua in Palatinatu in feudum offerre Ernesto Ludouico, Hassiae Darmstadinae Landgrauio. Lis oritur de causa clientelari. Iudicant pares curiae Darmstadinae. Fac, Landgrauium carere priuilegio de non appellando. Iudex superior adpellatur, qui est Imperator q).

q) SCHILTER l. d. pag. 150, § 3, MAIER, Crusianus, l. d. p. 936. Olim, quum ab- sens esset Imperator, adpella-

tum legimus ad iudicium pro- uinciae, SCHILTER p. 151 cap. 18 § 4.

E

§ LVI



## § LVI

HYPOTHESIS NOVA FORVM, QVI OCTOVIRO SAXONI IO. GEORGIO I ERANT A CONSILIIS.

Iurgia oriebantur anno 1649 inter Io. Georgium I, qui Saxoniam regebat ab anno 1611 vsque 1656, ac Wolfgangum Fridericum Schoenburgi dynastam regni Germanici. Narravit factum CHRISTOPHOR. PHIL. RICHTER r). Regis Bohemiae admonitionibus feriis dynasta Schoenburgicus locum non relinquebat. Volebat enim ille, ne Schoenburgicus Saxoniae iurisdictionem ac superioritatem adgnosceret ratione feodorum Imperij ac Bohemiae. Eristica scripta enarravit GEORG. CHRISTOPH. KREYSIG s). A partibus Schoenburgicorum stabat, quem modo laudavi, RICHTER. Io. Georgius II Saxo grauiter accepit hoc, rogauitque Saxoniae Duces anno 1665, vt consilium Richterianum supprimerent ac protererent t). Bohemiae iura defendebat WENCESLAVS XAVERIVS NEVMANN DE PVCHOLZ v), quem confutandum sibi sumere et HAINRICVS comes DE BVINAV x) et IO. PAVLLVS VOCKEL y) Ostia Misniscus, atque 1746 Senatui Imperij aulico adscriptus; iam vero defuit esse inter viuos.

r) vol. I consil. 41 num. I p. 268 sq. 1673 fol. Instrumenta, quae huc faciunt, T. III thesauri feud. Ienichiani p. 647 sqq. leguntur.

s) p. 1 der historisch. bibliothec von Ober-Sachsen p. 280 -- 282, 1749, 8.

t) IO. SEBAST. MVLLER p. 465 sq. des Kur- und Fürstlichen Hauses Sachsen annales, 1700 fol.

v) de iurisdictione feudali et superioritate territoriali in subfeudis Imperij, Pragae 1716, 4, plag.

4, plag. 33 et T. III thesauri  
iur. feud. Ienichiani p. 505-658.

x) examen dissertationum  
Puchholzianarum, Lipsiae  
1718, 4, plag. 15, ac T. III  
thesauri feudalis Ienichiani p.  
659--769, 1754, 4 mai.

y) de iure recipiendi pro-  
uocationes ex superioritate ter-  
ritoriali oriundas, praeside IO.  
PHIL. SLEVOGT Ienae 1721  
pagg. 44, HAINRICVS DE  
DOERING de appellationibus  
in causis feudalibus § 28-30,  
sect. II, 1762, 4.

### § LVII

#### ADVERSARIORVM OFFVCIAE.


Suadent, ita temperare iurisdictionem clientelarem,  
ne haec superioritati territoriali deroget quidquam z). Ve-  
rum enim vero institutis feodalibus nihil est commune  
cum superioritate territoriali. Stat ipsa suis pedibus lon-  
ge meliore loco. Profligauit GOTTLIEB SAMVEL  
TREVÉR a) monstrum arbitrarii iuris territorialis. Effe-  
cit FRIDERICVS CAROLVS DE MOSER b) vt ista phi-  
losophia ad nihilum veniat. Firmiter stat talo norma illa:  
„superioritas territorii in regno Germaniae eiusque pro-  
„uinciis eodem modo non est comparata, neque in o-  
„mnibus partibus exerceri potest, sed in variis locis cir-  
„cumscripta deprehenditur limitibus „ c).

z) IO. IAC. MASCOV de  
iure feudorum liber, 1743, 8,  
p. 252 cap. 13 § 15.

a) Parergorum T. I lib. II  
p. 19 sqq. 1736, 8, et Ienae  
1739, 4t.

b) beherzigungen p. 64 sqq.  
1761, 8.

c) GE. MELCH. DE LV-  
DOLFF T. I obs. 33 p. 91  
sqq. 1730, 4.



## § LVII

## TESTES VERITATIS.

Primum occupat locum IVSTVS HENNING. BOEHMER d), qui adfirmat, vasallum extra curtem, si adpellet ipse aut aduersarius eius, non prouocare ad territorii dominum, sed ad vasalli dominum superiorem, ac quos laudauit supremi tribunalis Wisnariensis adfessor CAROLVS HAINR. MOELLER e).

d) consultat. T. I, P. II p. 591 num. 17, 1733 fol. e) distinctionum feudal. cap. XXV distinct. 2 p. 545, 1748, 8.

## § LVIII

## CRITERIA HVIVS VERI.

Normam decidendi controuersias illustres habemus Germanica instituta et iura Iustiniana acque vsus feudorum. Sequimur consuetudines loci vel prouinciae f). Ad haec, ubi inter illustres ratio singularis adparet; iura sequimur patria g). Tacitum igitur se subducit de circulo IULIVS PAVLLVS h).

f) IO. STEPH. PVITTER decidendi successionem familiarum illustrium controuersam § 66, II, 1756, 8 mai. § 15 sq. § 64 sqq. p. 10 et 35, 1757, 4.

g) PVITTER de normis h) l. 20 D. de iurisdicf.

## § LX

DIGREDIOR AB IIS, QVAE ROMANI CONSTITVERVNT DE ADPELLATIONVM GRADIBVS.

Epitome tit. III libri XXXXVIII digestorum haec erat; appellato a iudice inferiori ad superiorem; gradatim tamen;



tamen, nec saltum admittito, vt intermedium praetereas. Nam superioris est iudicis inferioris corrigere errorem. Non par in parem, sed inferior in superiorem habet imperium. Idcirco censetur nulla esse adpellatio ad minorem paremue facta prouocatio. Accedit, vt saltum deuites; quippe qui iurisdictiones confundit i).

i) l. 4 C. de iurisdictione, in diuo Marco dissertat. XVIII Nou. XVII cap. 3 in fine, 10. § 7 p. 209, 1736, 4 mai.

ORTVVINVS WESTENBERG

### § LXI

SVBIVNCTIO MAGISTRATVVM ROMANORVM.

Sub imperium suum ita redegerant magistratus: I in vrbe a iudice pedaneo appellatur ad praetorem, qui iudicem dederat: II a iurisdictionis mandatario non ad mandantem, sed ad eum, a quo a mandante esset prouocandum: III a praetore ad consules: IIII a consulibus aut ad senatum aut ad praefectum vrbi: V a consulibus vel ab vrbi praefecto adpellabatur princeps k). In prouinciis vero scimus adpellari I a duumiris vel a legato ad proconsulem praefidemue: II a proconsule aut a praefide ad Imperatorem l).

k) WESTENBERG in principis iuris secundum ordinem digestorum p. 1193 sq., 1732, 8 mai.

l) Aetor. capite XXV comate II, 12, WESTENBERG de iurisprudencia Paulli Apostoli p. 78 sq.

### § LXII

QVID? SI PER ERROREM ADPELLATVS SIT IVDIX  
HABD COMPETENS.

Respondent diui fratres Antoninus et Verus, remittendam fore adpellationem ad competentem magistratum

E 3



tum m). Hinc quum appellatio ad superiorem aut ex errore, aut per saltum fuerit facta, remittitur n) caussa ad iudicem adpellationis competentem, nec censetur nulla prouocatio; secus vero, si adpellatio facta sit ad minorem inferioremue magistratum o).

m) l. 21 pr. § 1 D. de appellat.

n) 10. VOET commentar. ad pand. lib. 49 tit. 1 § 1 p. 1121 T. II, 1731, fol.

o) VIRICVS HVBER praelectionum ad pandectas lib. 49 tit. 3 § 2 p. 512, 1707, 4 mai., WESTENBERG in diuo Marco p. 211, § 13. Haut itaque nocet appellanti prouocatio facta vel ad aequalem magistratum,

vel ad superiorem, CORNELIVS VANECK princip. iuris civilis secundum ordinem digestorum lib. 49 tit. 1 § 7, p. 1001, 1713, 8, et quos viros in re forensi bene verfatos commendat LVDOV. GVINTHER MARTINI in commentar. forensi ad ordinat. processus iudiciarii Saxonici tit. X § 6 num. 554 p. 562 T. I, 1694 fol.

### § LXIII

#### PUGNANTES PRO SE EX IVRE ROMANO CAVSSA CADVNT.

Vbi enim adest caussa specialis; ibi locus non est appellationi ad territorii principem, ob caussae nexum p) vel consuetudo q) aliud desideret; siquidem haec legis habet vigorem.

p) DAVID MEVIVS parte V decis. 204 ac parte VI decis. 96, MARTINI l. dicto p. 56, num. 541, IAC. BLVM processus Cameralis tit. 48 num. 5, MARTINI analectorum forensium tit. 10 § 6 num. 434 p. 315. 1710 fol.

q) pro consuetudine adpellandi ad quemdam loquuntur

MEVIVS parte II decis. 305 num. 23, et parte VI decis. 128 num. 4, MARTINI in analectis for. p. 316 num. 445 et in commentario for. tit. X § 6 num. 550 p. 561. Siquidem consuetudo tribuit iurisdictionem in hac caussa etiam in territorio alieno, MARTINI commentar. for. l. dicto, num. 551 sq.

### § LXIII

## § LXIII

Ideo non sequitur, vt concludas: est appellatio pars superioritatis territorialis: ergo a curia domini feudalis adpellandum est ad tribunal domini territorialis. Nec con- sequitur, vt statuas: in feodalibus litigiis, ratione feudo- rum, quae agnoscunt dominum, extra territorium viuen- tem, adpellatio fieri debet ad domini territorialis iudicia, et ab his ad regni suprema tribunalia, nisi obtet priuile- gium de non adpellando. Nec firma est conclusio: ergo a domini extra curtem sententia adpellandum est dicafe- rium domini territorialis. Nec firma adparet consequen- tia: a curia domini feudali extranei, qui iudicat de feudo alieni territorii, appellationi locus est dandus ad domini territorialis dicafterium.

## § LXV

FVNDAMENTVM TANTAE MOLIS IN LVBRICO  
ET INSTABILI LOCATVR.

Repugnat ista opinio recens et singularis et iuribus feudali ac Romano aduersa. Iudiciorum Germanicorum formam et adpellandi modum, velim, consideres ex Ger- manorum institutis, atque illa metiaris obseruantia Ger- maniae r). Quapropter Germanica negotia, caueas, ad aliena iura diiudices s). Inde sequitur, vt cum feudalis iuris dicendi potestas, tum adpellatio veniat consideranda ad morem Germanorum, qui hoc in negotio non respi- ciebant superioritatem territorialem. Nec est, vt oppo- nas ius de non euocando. Hoc enim pro statu rei Ger- manicae feudalis erit intelligendum. Potius hic valet re- gula: qui fruitur iure instantiae primae; vtitur quoque secundae instantiae beneficio.

r) DA-



r) DAVID GE. STRVBE P. codicem iuris Bauarici p. 39.  
 V der nebenstunden p. 68 §  
 25, 1757, 8, KREITMAYR ad s) STRVBE l. d. pag. 72.

### § LXVI

NON DISSIDIA SED VEL POSSESSIO QUIETA VEL PACTA  
 DANT NORMAM, VBI RES SE ALITER HABET.

Si Austriam intuearis, causas feudales dominorum, qui clientelas in Austria habent, agitari volunt coram marschalco provinciali, et adpellari ab hoc ad regimen Austriacum. Negant interea hoc Salisbürgensis, Bambergensis, Passauensis, Ratisbonensis ac Frisingensis antistites, inprimis Brandenburgici in Franconia, qui vasallos in Austria numerant bene multos t). Pacta Nouemuir Saxonis cum Schwarzburgicis ratione Sondershusanae ditionis et Franckenhufanae et appellationis versus Dresdam, atque regionis Arnstadinae versus Vinariam, suppeditat LEBRECHT GVIL. HAINR. HEYDENREICH v). Sic e dynastia Blanckenhain, non procul a Iena sita, adpellatur Nouemuir Saxo tamquam sequester, ob dissidium inter Moguntiacum atque Hatzfeldium contra Saxonem Vinariensem x).

t) CHRISTIAN. AVGVST. L. B. DE BECK iuris publici Austriaci specim. I p. 126 sqq., et p. 132, 10. STEPH. PVITERI handbuch von besondern Teutschen staaten p. 200 § 95, 1758, 8 mai., 10. CHRISTIAN. LVINIGII grundfeste Europaeischer potenzen gerechtfame T. I p. 93 verbis: in dem, cet., 1716 fol., CHRISTOPH. HERM. SCHWEDER

theatri praetensionum T. I p. 208, 1727 fol. Austria tamen possessionem quasi exercet. Adde 10. GE. ESTORIS neue kleine schriften vol. I p. 5, 1761, 8.

v) historia des Fürstlichen Hauses Schwarzburg p. 332 § 12 et p. 346 § 1, 1743, 4, GE. CHRISTOPH. KREYSIG p. 267 sq. der histor. bibliothec von Ober Sachsen P. I, 1749, 8.  
 x) KREY-

x) KREYSIG l. d. pag. 262 SCHOETTGEN inuentar. Sa-  
sq. Anno 1420 feudum hoc xon. p. 367, 1747 fol.  
Moguntiaci offertur, CHRIST.

### § LXVII

CONSVETVDINIS IN GERMANIA ET VICINOS

VIS MAXIMA.

Inde prouerbium: eine alte gewohnheit soll man nicht brechen y)! Idcirco Galli amant coutumes: la coutume de pays: la coutumier, morum et ciuiliū institutorum codex z). Anglis dicitur common law of England, a). Langobardi mores ac leges feudorum vocabant vsus.

y) GEORG. TOB. PISTORIVS centur. IIII p. 282, 1716, 8.

z) D'ANET dictionnaire François et Latin p. 242, 1683, 8 mai.

dictionnaire universel de justice, police et des finances T. I p. 231 sq., 1725 fol. mai.

par FRANÇOIS JACQUES CHASLES. Hinc Gallia colit LX coutumes et in oppidis

villisque circiter CCLXXXV. GOTTFRIDI ACHENWALL statsverfassung der Europaischen Reiche p. 189, 1762, 8 mai.

a) ACHENWALL l. d. pag. 278. CHRISTIAN. HARTM. SAM. GATZERT de iure communi Angliae of the common law of England 1765, 4 mai. pag. 5 sqq.

### § LXVIII

ILLVSTRATVR EXEMPLO.

Quum Georgius Bauariae dux anno 1503 debitum naturae reddidisset, ac feudum Haideck, dynastiam, a rege Bohemiae huc vsque tenuisset; sed hic feudum illud declarauisset apertum, atque Ladislao de Sternberg contulisset; Fridericus Palatinus Rheni comes, tutor nepotum Georgii Boii ad hos pertinere istud contendebat anno 1507 b). Rogabat Palatinus: sofern die Koenigliche Wuirde lehns-

F

lehns-



lehnsgeossen, Fuirsten des Reichs und GLEICHMAESSIGE lehnmanne der Krone Boehmen in TEVTSCHEN landen geseffen, als pares curiae, nach lehnsrecht und GEBRAUCH, nidersetzen, vnd an gelegener mahlstatt in TEVTSCHEN landen beeden theilen hirtzu verkuinden lassen wuirden, dass sie sodann vor denselben als lehnrichter und mannen in recht erscheinen, recht geben und nehmen wuirden.

Adpellauit anno 1511 aut Pontificem Iulium II aut Imperatorem Maximilianum I a citatione Ludouici II Bohemiae regis Fridericus Palatinus. Instrumentum adpellationis haec habet c) damit er als ein MANN der KRON stand im rechten haben mocht - - das lehngut, Haideck, das lieg im H. R. R. in Teutschen landen, und gehoer nach ALTEM hergebrachtem GEBRAUCH fuir LEHNRICHTER und MANN der Kron Boheim in TEVTSCHEN landen geseffen, PARES CVRIAE genannt, meinem gnedigen Herrn genoss - - - sondern wir sollen der halben fuir unser lehnsgeossen PARES CVRIAE genannt, das sind FVIRSTEN im R. Reich, vnd in Teutschen landen geseffen, so von Eurer Kuniglichen Wuird und der Kron Boheim lehen tragen, daselbst in recht steen und fuirkommens.

b) 10. HAINR. L. B. DE staats - archiv 122, 1759.  
MARPPRECHT T. III des c) ibidem p. 291.

### § LXVIII

ETIAM ID IVRIS ESSE DOCETVR.

Alienum iudicem vocamus eum, cuius iurisdictioni, quod hanc causam attinet, reus non subest. Haec Romana sunt. Audiamus Germanos. His superior est iudex,

2.

dex, quando hic extra prouinciam est, in qua reus de-  
git, et reus vocatus alienus deprehenditur. Probat, quae  
dixi: verbis expressis capitulare Imp. Ludouici pii d).

d) Penes FRIDER. LINDENBROG codicis legum anti-  
quarum p. 1167, 1613 fol.

§ LXX

QVID EVOCARE REVM?

Quum ad alienum iudicem vocatur reus, dicitur  
euocari e).

e) FEIDER. ESAI. DE PV- ciatim iure de non adpellando,  
FENDORF de priuilegiis, spe. p. 110, 1730, 8.

§ LXXI

PRAESENTE REGE IN PROVINCIA, E QVA ADPEL-  
LATVR, NON ADEST EVOCATIO.

Docent hoc annales Pithoeani ad annum 852, de  
Ludouico Germanico loquentes. Dicunt, quae in me-  
dium attulit, PVFENDORFIVS f). Quid autem fuerit  
praesente rege vel imperatore, probamus iure prouincia-  
li Saxonico g). Et quamuis curiae regales, quam die Pfalz  
dixerunt, post quam feudum in Bauaria, Franconia,  
Sueuia atque Saxonia situm esset h), illaque adpellabatur;  
attamen de feudalibus illos iudicasse non constat. Etenim,  
qui primam formabant instantiam, comes siue grafio cum  
scabinis siue rachinburgiis; hoc tamen est certum, illos iudi-  
ces fuisse incompetentes. Nec sagiborones i) adibant Ger-  
mani de feudalibus controuersiis. Et fac, consuluisse  
ipso; hoc tamen consilii erat. Nec comites adpellaban-  
tur, iudices instantiae primae. Missi quoque aderant in-  
terdum, quos a comitum sententiis adibant k). Ad quum  
regem compellarent comes palatii erat praesens.

F 2

f) p.



- f) p. 118 l. d. pag. 113; 10. GE. ECCARD  
 g) libro III artic. 69. ad LL. falcas p. 99 sq. 1720  
 h) 10. GEORG. WACHTER fol., HAINR. EROKES de ve-  
 in glossario col. 1091, 1737, terum sachibaronibus p. 5 sq.  
 fol., 10. DANIEL AB OLEN- 1753, 4.  
 SCHLAGER neue erläuterung k) 10. GEOEG. ESTOR de  
 der guldenen bulle Kaisers Carls ministerialibus p. 64, 1727,  
 III p. 147 sq. 1766, 4. A PV- 4, ANT. DADIN ALTESERRA  
 FENDORF p. 131 sq. de ducibus et comitib. Galliae  
 i) DE PVFENDORF l. d. p. 201, 1731, 8.

### § LXXII

#### APPELLATVS IN FEODALIBVS CAVSSIS REX GERMANORVM.

Imp. Carolus III die 8 ianuarii 1354 constituit in gratiam Treuirensis archiepiscopi, vt adpellatio in contro- uersis feudalibus, praesertim quum pares curiae essent discordes, ad curiam regis deferatur. Constat hoc e diplomate, quod foras edidit 10. NICOL. ABHONTHEIM l).

1) T. II historiae Treuirensis SCHLAGER ad A. B. p. 238, fis diplomaticae p. 176 sq. 1750 1766, 4.  
 fol., 10. DAN. AB OLEN-

### § LXXIII

#### PRAESENTIA CAESARIS ET ALIORVM.

Quum sententia adpellationis foret concipienda, si principis res agebatur, septemuii alique eiusdem ordinis et dignitatis requirebantur. Post Imp. Friderici II aetatem adhibuerunt iureconsultum, referendis munere conspicuum. Nam, iubente pontifice Honorio III anno 1223, et nullum Treuirensi subditum in iure respondere, nisi praesentes sint iurisperiti m). Quid? quod imperante



te Friderico I anno 1159 charta meminit Berzonis iudicis ordinarii sacri palatii imperatorii? n).

m) AB HONTHEIM T. I T. II historiae Frising. 1729, l. d. p. 699, 1750 fol.

n) CAROL. MEICHELBECK

### § LXXIII

VTRVM A DVCIBVS ADPELLATVM?

De Bohemiae duce, ac postea rege, hoc adfirmat Carolus III o). Saxonum duces vix adpellationem admisisse censet FRIDER. ESAIAS DE PVFENDORF p). Plura dabit IO. DAN. AB OLENSCHLAGER q). Fridericum II anno 1212 insignia Bohemo largitum esse priuilegia, auctor est BOHVSLAVS BALBINVS r).

o) cap. VIII aureae bullae.

r) p. 251 epitomes historiae rer. Bohemicarum 1677

p) l. d. p. 147 § 67.

fol.

q) ad auream bullam p. 184sq.

### § LXXV

ARGVMENTO IN CONTRARIVM OCCVRRITVR.

Aiunt duces vetustos Germaniae aequales esse regibus, ipsos vti circulo, quem vocant die zinkenkrone, quam exhibent male picta insignia Saxonica s). At vero recentiores Saxoniae duces siue Vitebergenses longe alius auctoritatis fuisse, quam erat Hainricus Leo, probe obseruat IO. DAN. AB OLENSCHLAGER t).

s) CAROL. DV FRESNE 205, IO. DAN. AB OLENSCHLAGER neue erläuterung der guldenen bulle K. Carls III p. 184 et 284, MARQ. HERRGOTT T. I monumentor. Aug. domus Austriae dissertat.

t) LYDOV. GABRIEL DE BVAT origines de l'ancien gouvernement de la France, de l'Allemagne et de l'Italie T. III p.

fol.



rat. VII tabula XX p. 152, et 113. Atque gladios esse ve-  
 1750 fol. mai., 10. GOTTLOB terum ducum infigne, haud  
 ВОВНМЕ de origine vera ru- vero solius supremi regni marc-  
 tae Saxonicae cap. III § I--III schalli, constat.  
 et im iten fache des Saechsi-  
 schen groschen - cabinets p. 102 t) l. d. pag. 91.

### § LXXVI

Carolus IIII quidem septemuiros capite XIA. B. liberos  
 ab appellatione censet; attamen Septemuir Saxo veterum  
 ducum iuris quadamtenus memor fuisse videtur. Nam Fride-  
 ricus bellicosus ab Imp. Sigismundo anno 1422 septemuiratu  
 inauguratus, eidem anno 1423 largitur priuilegium, ne ad  
 iudicia exotica vocetur v). Firmat hoc Guilielmus III dux  
 Saxoniae Vinariensis in der landesordnung die 9 ianuarii  
 anno 1446, quam tulit Thuringis, Osterlandis et prouin-  
 ciis suis Franconicis, patris sui filius quartus, adeoque non  
 septemuir x). Quum vero hoc in Saxonia septemuirali haut  
 obseruarent principi subditi; cauit Mauricius septemuir,  
 ne hoc Carolus V permitteret; immo frater eius Augustus  
 pro se domoque ducali Saxonica priuilegii obseruanciam  
 rogauit ab Imp. Maximiliano II y). Et quamuis die maii  
 2 Imp. Ferdinandus I anno 1559 idem obtinuisset priuile-  
 gium; haud veritus est tamen Guntherus XLI comes  
 de Schwarzburg anno 1575, ne Cameram adpelleret z).

v) Saechtsche merkwuirdig-  
 keiten p. 409 sq. 1724, 4, 10.  
 GOTTLOB HORN leben herrn  
 Friderich des streitbaren p. 143  
 et p. 396, 1733, 4. Loca, vbi  
 reperitur instrumentum, indi-  
 cat CHRISTIAN. SCHOETT-  
 GEN inuentarii diplom. Saxo-  
 niae superioris p. 374, 1747 fol.  
 x) Exhibet illam IO. SCHIL-  
 TERI de libertate ecclesiarum  
 Germaniae p. 309 sq. 1683, 4.  
 Prostat in RVDOLPHI Gotha  
 diplomatica et MVLLERI  
 reichstags theatro Maximiliani  
 I, T. I p. 86.  
 y) PAVLE.

y) PAVLL. MATTH. WEHNER  
 symphorem. Cameralis Gyl-  
 manni T. VI p. 19 sq., 1608 fol.  
 Loca, ubi legitur, dedit SCHOETT-  
 GEN l. d. pag. 580, DE LVDOLF  
 in catalogo privilegior. de non  
 appellando p. 10 sq., liber, cui  
 inscriptum: appellations privi-  
 legien p. 82--99, 1618, 8,  
 CHRISTIAN. GOTTLÖB  
 WABST von des Kurfürstent-  
 ums Sachsen hohen und ni-  
 dern justiz p. 59 sq., 1732 fol.  
 z) WEHNER l. d. pag. 20.  
 Sequitur ex dictis, ut septemviri  
 neque Moguntiacus, obseruarint  
 praeceptum Imp. Caroli IIII  
 in aurea bulla capite XI, teste  
 DE LVDOLF l. d. p. 7 et in ad-

pendice V commentat. system.  
 p. 129, DE PVENDORF l. d.  
 pag. 175 § 98. Nouum privi-  
 legium, ne adpelleretur a Tre-  
 uirensi exhibet die 30 septem-  
 bris anni 1721, Camerae infi-  
 nuatum 14 iulii 1727, IO. NI-  
 COL. AB HONTHEIM histor.  
 Treuirens. diplom. T. III p.  
 916 sq. 1750, fol. 10. PHIL. DE  
 FLECKENBVIHL dictus BVIRGEL p.  
 144 sq. des Wezlarischen pra-  
 cticanten, 1757, 4. De reliquis  
 nouemviris plura dabit DE LV-  
 DOLF. In alia abijt IO. PETRVS  
 DE LVDEWIG in Germania  
 Principe p. 470 sq. nota 1, 1752,  
 80 mai.

### § LXXVII

Hinc nouemvirum non iuuat exceptio privilegii de  
 non adpellando. Hoc enim nec vetustam regni stru-  
 cturam tollit, nec adpellationis formam ratione feudo-  
 rum extra curtem aufert. Quare, si vnquam verum est,  
 quod mundiburdio Imperatoris tantum subsint eiusmodi  
 feoda, nequiquam vero domino territorii a).

a) Profert phrasin IACOB. ter IO. PETRI DE LVDEWIG  
 GREISER in diuis Bambergensi- scriptores episcopatus Bamber-  
 bus anno 1007, 1611, 4, et in- gensis T. I p. 279, 1718 fol.

### § LXXVIII

DVBIVM MOVETVR.

Potestas iudiciaria Principum S. R. I. obligat subdi-  
 tos alicui parere; ideoque iurisdictio in illos principi est  
 G in



in mundo. Hinc in aperto est ius de non euocando, et ius recipiendi appellationes, quas interponunt a iudiciis inferioribus, per quam appellationum receptionem constituitur aliquis in quasi possessione superioris iurisdictiones. Appellatio enim, si ius ciuile atque canonicum spectes, non valida est, si non dirigatur ad superiorem siue ad eius tribunal maius. Appellatio igitur est nota iurisdictionis superioris, ita vt iudicis inferioris subiectionem, et superioris iudicis qualitatem designet: atque hac ratione e potestate iudicis inferioris fluit ius subordinatae potentiae, vt ad ipsum veniat appellatio b). Inde superioritatis indicium est ius recipiendi appellationes c).

b) IO. IAC. IOSEPH SVIN-  
DERMAHLER de potestate iu-  
diciaria S. R. I. Principum § 12,  
p. 77 sq. 1743, 4.

c) THEODOR. REINKINGK  
de regimine seculari et eccle-  
siastico p. 568 num. 120, 1659,  
4; IO. PHILIPP. SLEVOGT

et IO. PAVLL. VOCKEL,  
postea Consiliarius Imperii au-  
licus, sub finem anni 1765 de-  
mortuus, de iure recipiendi  
prouocationes, ex superioritate  
territoriali oriundo, 1721, 4,  
§ IIII sqq. cap. II, et ibidem  
§ X p. 33.

### § LXXVIII

SED E MEDIO TOLLITVR.

Verumenimvero aliud est dominium directum; alio tamen territorialis superioritatis habitu induitur. Id quod HAINRICVS comes DE BVINAV d), SLEVOGT e) ac de VOCKEL, atque alii largiuntur. Exempla praebent et feuda Brandenburgicorum in Austria f) et Ducis Wirtenbergici g). Inde sequitur, vt in causis feodalibus obtineat appellatio ad feudi dominum.

d) examen dissertationum de iurisdictione feudali et superioritate territoriali, Lipsiae  
NEVMANNI DE PVCHOLZ  
1718

1718 atque iterum T. III the-  
sauri feudalis GOTTL. OB. AVG.  
IENICHEN p. 715 cap. VI § 3,  
1754, 4 mal.

e) § XII p. 36, 1721, 4.

f) BURGHART GOTTH.  
STRVVE ET GOTTLIE, FRID.  
HOEFFLICH de dominio di-  
recto in alieno territorio P. II  
p. 30 sqq. 1724, 4, in primis  
§ XVI p. 60, vbi Marcgrauuij in

Austria praesentes cum curiae  
paribus anno 1359 ius dixere  
vassallis Austriacis. Talesque  
clientes, de qualibus loquor  
et in feodalibus et realibus sub-  
esse domino feudi patet, STRV-  
VE P. I l. dicto l. p. 25 § 13.

g) CHRISTIAN. HAINR.  
SATTLER der historischen be-  
schreibung des Herzogtums  
Wurtemberg cap. LX p. 281  
sqq., 1752, 4.

### § LXXX

NVM IN POSSESSORIIIS CAUSSIS?

Nova suboritur quaestio: num in caussis possesso-  
riis dominus feodi extra curtem sit habendus iudex com-  
petens? Recte adfirmat illam GEORG. ADAM. STRVVE  
h). Pariter vbi lis versatur inter dominum ac vassal-  
lum, qui vere vassallus est, res pertinet ad feudale fo-  
rum i).

h) syntagmate iuris feuda-  
lis cap. XVI p. 591, 1690, 4, 10.  
CHRISTIAN. BOCKEN lectio-  
nis Blumianae p. 437, 1727, 4.  
i) II feud. XV et XLVI,  
STRVVE l. d. pag. 597.

### § LXXXI

NOVVM EXEMPLVM PRO FEODI DOMINO.

Imp. Carolus IIII recte irritam atque inanem decla-  
rauit sententiam, quae inter Comitem de Sponheim et  
Vogt de Hunolstein fuerat lata, et quidem non a Ru-  
perto Comite Palatino Rhenensi, qui tamen feudi erat  
dominus k).

G 2

k) Te-



k) Testatur hoc charta Imp. Caroli IIII, quae p. 145 num. 3 P. I der bestaendigen information, entgegen gesetzt der Donawörtischen relation 1612, 4, HAINR. BALTASAR BLUM Imper. Iosepho II a consilii aulae senatorqne purpuratus p. 102 (b) de iudicio curiae Imperialis Germanico, 1745, 4.

### § LXXXII

#### FIRMANTVR DICTA.

Ideo deficiente substantia res est nulla l), laborans insanabili uulitate, quippe quae fertur a iudice non suo m). Hinc regula: Germania e Germanicis exponenda veniunt n). Quapropter appellatio in negotiis clientelaribus non ad dominum territorii; sed ad dominum spectat directum o).

l) IO. STEPH. PVITTER p. 293 opusculorum, rem Imp. iudiciariam illustrantium, 1766, 4.

m) PVITTER l.d. pag. 316 §. 26.

n) PVITTERI elementor. iuris Germanici p. 22, § 66, IIII, 1756, 8, IO. ADAM. KOPP T. I proben des Teut-

schen lehnrechtes p. 16, et de testamentis Germanorum p. 181. 61

o) DAVID. GEORG. STRVBEN T. V der nebenstunden p. 39, 1757, 8 mai., IO. CAROL. HAINR. DREYER de formula receptionis iuris Lubecensis in Holsatia §. 5.



ULB Halle

003 719 332

3



f  
86.









34/

DISSERTATIO IVRIDICA SOLLEMNIS

1766, 4. 8

# ADPELLATIONE

QVAE  
RATIONE FEVDORVM  
EXTRA CVRTEM AD DOMINVM  
DIRECTVM INTERPONENDA NON VERO  
AD TERRITORII DOMINVM  
ADMITTENDA

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO II  
HASSIAE LANDGRAVIO REGN. RELIQUA  
PRAESIDE

IOANNE GEORGIO ESTORE D.  
ET PROCANCELLARIO  
PRO LICENTIA

RITE CONSEQVENDI DOCTORIS HONOREM  
PERMITTENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE

DVBIIS EXCELLENT. VNIVERS. HVIVS LITTERARIAE PROCERVVM  
HORIS LOCOQVE CONSVETIS

DIE XI AVG. A. R. S. 1766

DEMISSE OFFERT

IOANNES MARTINVS GOTTOFREDVS BVTTÉ  
ADMINISTRATOR PRAEFECTVRAE TREISENSIS  
AD LVMDAM.

MARBURGI

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.